



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

II. Die Grafen Günzel und Heinrich von Schwerin schenken dem Johanniter-Orden das Dorf Goddin und das Pfarrgut Eiren in Mecklenburg, der Zeit nach um 1200.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

Ottonis marchionis, Hermannis comitis, Heinrici canonici ecclesie beati Mauricii magdeburgensis, Athelberti, Theodorici et Bernhardi comitum, obtuli deo sanctoque iohanni baptiste ad xenodochium in ierosolimis de hereditate mea ecclesiam quandam in uilla Wirbene super ripam albis fluminis cum omnibus attinentiis et usibus suis absque decima, Itemque sex mansos Hollandrensis dimensionis in uilla *) quatinus quicquid exinde utilitatis nunc et in posterum prouenire poterit, libere pauperibus in memorato xenodochio commorantibus annuatim administraretur. Ut autem hec nostra largicio rata et inconuulsa permaneat facti huius memoriam presenti scripto assignari et sigilli nostri impressione placuit confirmari. Actum anno incarnationis dominice M^o. C^o. LX^o Epacta XI^a. Concurrente V^o Indictione VIII^a. Regnante Friderico romanorum imperatore semper augusto et Odelrico uenerabili episcopo halberstadeni ecclesie presidente feliciter amen. Testes autem huius rei fuerunt Walo havelbergensis episcopus, arnoldus abbas ecclesie sancti iohannis baptiste in Magdeburg, Hazeko decanus maioris ecclesie, Wernherus comes de veltheim, Conradus de Saltwidele, Burchardus urbanus comes in ciuitate magdeburg, Burchardus comes de valkensten, Waltherus de arnsten, Badericus comes.

Die Abdrücke dieser Urkunde in Lenz Stifteh. v. Havelberg S. 104. Beckmann, enucl. 4. Buchh. IV, 4. Gerken's Cod. V. 72; Beckmann's Besch. V, I, VIII, sind sämmtlich fehlerhaft.

II. Die Grafen Günzel und Heinrich von Schwerin schenken dem Johanniter-Orden das Dorf Goddin und das Pfarrgut Eiren in Mecklenburg, der Zeit nach um 1200.

Guncelinus, comes in Zuerin, et frater eius Henricus dilectis fratribus hospitalaribus sancti Iohannis in Ierosolyma — Villam — Godin cum omnibus attinentiis suis et cum omni iure, preter iudicia sanguinis, vniuersam quoque dotem, ecclesie in Ekeffen olim assignatam, pro remedio et salute anime nostre et animarum patris, matris et fratrum nostrorum eo uidelicet tenore uobis contulimus, ut predicti agri et eorum cultores a communi seruitio, quod ad construendam urbem uel ad reparandum pontem debetur, et ab omni exactione, preter eam, quam terre defensio poscit, liberi maneant et exempti. Testes autem hi aderant Swithelmus, Geroldus de Ekeffen, Godefridus de Triberge, Switherus, Fridericus, Gifelbertus, Fridericus Hafencob. Acta sunt hec anno domini M^o. C^o.

Orig. im Joh. Dedens-Archiv und darnach richtig abgedruckt von Lisch in den Meckl. Jahrb. I, 200. Fehlerhafte Abdrücke in Ludewig Reliqu. IX, 496 und Buchholz Gesch. IV, 43.

Anm. Das Jahr ist offenbar im Original verschrieben oder die Angabe desselben vielmehr unvollendet geblieben. Daß die Schenkung aber zur Johanniter-Comthurei Werben ursprünglich gemacht worden, muß daraus geschlossen werden, daß es eine andere Comthurei des Ordens in diesen Gegenden damals noch nicht gab, daher auch die übrigen Bestimmungen, welche der Johanniter-Orden, namentlich 1217 in Mecklenburg erlangte, der Comthurei Werben beigelegt wurden.

III. Günzel und Heinrich, Grafen von Schwerin und Graf Nicolaus von Halland schenken dem Johanniter-Orden zur Comthurei Werben Sülstorf in Mecklenburg, i. J. 1217.

— Ego Gonzelinus, ego Henricus, fratres et comites in Zwerin, ego Nicolaus, comes in Halant, cum coniugibus nostris, — Contulimus — hospitali transmarino, quod in